

S P E C I M E N

No: 87.

C O N T I N E N S

1769, 16.

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N H O D I E

A C T I O E X C O N T R A C T V
D I F F E R A T
A C O N D I C T I O N E E X M O R I B V S

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. P U B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X I V. F E B R. A N N O C I C I O C C L X V I I I I.

P U B L I C E D E F E N D E T

A D A M C H R I S T I A N V S G O T T L O B R I E T S C H I E R

B V D I S S. L V S A T.

L I P S I A E

L I T E R I S R V M P F I A N I S.

SCITI CINNII

CONTINUUS

CATIT LITERA CONTRACTA

AN H. 9918

AEGO EX CONTRACTA

DISTRACTA

A CONDICIONE X MORTIS

EXODIUS

IMMUTABILIA CONVENTUS ET ALIA

ETC. ETC.

D. CHRISTIANO HERR. BRENNING

CONTRACTA ET CONVENTUS ET ALIA

ETC. ETC. ETC. ETC. ETC.

IN AEGO EX CONTRACTA

ETC. ETC. ETC. ETC. ETC.

ETC. ETC. ETC. ETC. ETC.

ETC. ETC. ETC. ETC. ETC.

ETC. ETC.

ETC. ETC. ETC. ETC.

ETC. ETC.

ETC. ETC. ETC. ETC.

VIRO
MAGNIFICO
EXCELLENTISSIMO CONSVLTISSIMO
AMPLISSIMO
**ERDM. GOTTLIEB
PÜCHLERO**

IVRIS CONSVLTO CELEBERRIMO
CONSVLI MERITISSIMO
ORPHANOTROPHII INSPECTORI GRAVISSIMO
PATRONO ATQVE AFFINI
MAXIME VENERANDO
FASCES CONSVLARES
PRIMA VICE SVSCIPIENTI

AIRIO
MAGNITIAGO
EXCELENTISSIMO CONSULATISSIMO
VNPRESSIMO

HERDM. GOTTFIEB
BACHLERO

IVAR CONSULATISSIMO

CONSULE MERRITISSIMO

OLIN NOTOCHIUS INSPECTOR GRAVESIMO

LATORIO ALIAS ANTI

MARINI HEREDAMBO

LVCCES CONSULATISS

TRIMVS VICE CONSULATISSI

CAETERISQUE
INCLYTAE REIPUBLICAE BUDISSINENSIS
PATRIBVS ET SENATORIBVS
VIRIS
MAGNIFICIS
AMPLISSIONIS EXCELLENTISSIMIS
CONSULTISSIMIS PRUDENTISSIMISQUE
C O N S V L I B V S
S Y N D I C O
P R A E T O R I
C A M E R A R I I S
S C A B I N I S
CAETERISQUE
S E N A T O R I B V S
MERITISSIMIS
P A T R O N I S
RELIGIOSAE MENTIS CVLTV
VENERANDIS

COMITIA SENATVS
CELEBRANTIBVS
SVMMA ANIMI PIETATE GRATVLATVR
ATQVE
HOCCE SPECIMEN ACADEMICVM
DEVOTISSIMA MENTE ET OMNI REVERENTIA
CVM VOTO
OMNIGENAE PROSPERITATIS
D. D. D.
ET
TANTORVM NOMINVM
PATROCINIO
SVMMO
PIE DEMISSEQVE SE COMMENDAT

CLiens ADDICTISSIMVS CVLTOR PERPETVVS
ADAM CHRISTIANVS GOTTLLOB
RIETSCHIER.
RESPONDENS.



AN HODIE

ACTIO EX CONTRACTV DIFFERAT
A CONDICTIONE EX MORIBVS.

§. I.

Quae in iure *de Actionibus* dicuntur, mihi profecto adhuc variis premi difficultatibus videntur, tam, si ex Romano Iure et cultu Romanorum formulario actiones diiudicandae, quam, si de applicatione earum disquirendum. Haud quidem negandum, formulas illas antiquas, quibus forum Romanum vtebatur, foro nostro, quod ceremoniale tantopere non est, non conuenire; tamen non ausim tuto affirmare, earum cognitio-
nem legitimamque scientiam sine periculo negligi posse et

ab



ab iis, qui fori studia tractant. Negari enim nequit, legessine earum cognitione recte intelligi et interpretari saepissime haud posse; imo ausim adfirmare, de ipsarum Romanorum Iuris actionum applicatione hodierna ex illarum formulis haud raro commodissime iudicari posse. Ea enim formularum erat ratio, ut fundamentum iuris, ex quo agebatur, continerent, et ostenderent, an in rem tantum concipienda esset, an primario personae rei mentio facienda, quidue in quauis actione petendum. Nec actionum nostrarum alia solet esse causa, quippe recte cuiusvis fundamentum constituendum, neque si formula rem nexam iure obligataisque continebat, hodie personae tanquam primario obligatae mentio fieri potest, sed et apud nos rei principalis, personae vero tanquam per rem tantum incidenter mentio facienda. Dein actionum, inter quas similitudo quaedam intercedit, facilius simul ex ipsis antiquis carminibus diiudicantur. Sed haec omnia facilius obseruantur, si ipsas formulas intuemur, quas aetas nobis reliquit quasue eruditorum diligentia concessit. Abstineo a latiori huius quaestitionis inuestigatione, potius in una specie maxime ad forum nostrum applicata rem conficiam, ampliori ratione forsan alibi rem tractaturus.

§. II.

Romana iurisprudentia distinguit in eo iure, quo personae obligatae sunt, quodue ex conventionibus prouenit, inter contractus interque pacta, quibus antiquum ius negavit

¶ + ¶

9

nauit actiones, nisi vel ad contractum acceſſerint ita, vt
ei inesse viderentur, vel vni alteriue Praetor obligationis
ciuilis causam editio suo adderet data ſimul formula, vel
noua aliqua lex certum aliquod pactum comprobaret, vel
ſi ex praefcriptis iis verbis atque formulis generalibus da-
tione vel facto vnius conſentientis in contractum abiret,
atque hoc modo ex finibus paetorum excederet. Non
inquiram, cur actionem negauerint Romani nudo pacto,
ſeu potius formulam non conceperint: dixit iam MERIL-
LIVS Qſerv. VII. c. 39. et alii, et quis in tanta paetorum varieta-
te a pacientium arbitrio tantum pendente, formulam spe-
cialem concipere potuifſet, ſine qua agi non poterat, niſi
conſtituta prius cauſa et determinatione ſpeciali, quo fa-
cto deſiſſet amplius eſſe paetum nudum; ſimulac enim
certo cuidam pacto lege ſua cauſa data eſſet determinata-
que, contraetus erat. Non vrgeo antiqua: exemplo ſit
emphyteuſis. A quo primum illa conuentio de re in em-
phyteuſin tradenda vſu frequentabatur, nuda mihi videtur
conuentio ſeu pactum fuiffe; quare, cum ZENO Impera-
tor lege hanc conuentiōne determinaret ſuamque tri-
bueret ciuilem cauſam, coepit contraetus cenſeri.

§. III.

Sed quid germania noſtra? Quamuis enim antiquae
gentes patriae ſuas ſibi quoque habuerint ceremonias, ma-

B

xime

ximeque delectati sint in rebus gerendis *Symbolis*, quorum magna adhuc supereft in communī vita copia, maior vero in antiquitatibus refertur, quae in vſu postea eſſe defierunt, an deliciae Romani iuris popularibus ex Italia apportatae causam habeant, an cultior viuendi ratio, an alia subsit cauſa antiquatorum Symbolorum, non vrgeo; tamēn formulis romano more vſos haud fuisse, certissimum eſt. Ne-
gandum quidem non eſt, hanc ipsam gentem in quibusdam cauſis atque negotiis suas quoque habuisse formulas con-
ſuetas; sed neque tanta harum formularum celebritas, ne-
que tanta copia, neque tantus in iis obſeruandis rigor. Dein nec affirmari quidem potest, antiquissimis popularibus eas fuisse formulas, quorum vitae militari haec verborum sub-
tilitas parum continebat. Mirum ergo non eſt, quod ea gens, quae in reliqua vita simplicitatem adſeſtabat, sim-
pliciflma eſſet in iure, idque maxime ius ſequeretur, quod natura docebat et ſola ratio, ſieque contractus a pactis non diſtingueret, imo diſſentiam illam contractuum pacto-
rumque ignoraret, potius omnes conuentiones pacta habes-
ret, quae fortius obligabant, quum inordinata adhuc in
quavis gente germanica eſſet ciuitas, quae acutiori ali-
qua politia nondum regebat. Praeterea quod fides ma-
xima in hac gente eſſet, inque ciuilibus cauſis antiquissi-
mis temporibus rariora iudicia, potius qui fidem frange-
bat, infamis haberetur, fieri non poterat, vt pactorum ob-
ligationem naturalem negligenter, niſi ciuilem cauſam ob-
tinuiffent atque formam, hoc eſt, vt alias conuentiones

enix

con-



contraetus reputarent, alias contra nuda pacta haberent.
Hinc certissimum est inter populares pacta omni tempore
non naturaliter tantum, verum et ciuiliter obligasse, quippe
obligatio illa ex inordinata gentium germanicarum ciuitate
simul transiit in ordinatiorem. Videtur itaque in Germania
actio ex contractu proueniens ab actione ex pacto nudo
proueniente non distingui, cum contractus et pactum haud
differant: et id verum est, si de antiquo iure patrio ser-
mo sit.

§. IV.

Sed quid dicamus, vbi postea Romani iuris cognitio
inuoluit atque fora germanorum occupauit? Quamuis
quidem patrii mores ingentem cladem passi sint, a quo tem-
pore innotuere romana iura, quae effecere, ut vel plane qui-
dam neglecti, alii ad peregrini iuris formam coacti fue-
rint; tamen tantum efficere non potuit aduenia haec iu-
risprudentia, ut patriam pectorum fidem ex ciuitate pro-
scriberet, quae fides potius ciuilem quoque seruauit
pactis obligationem, et ex hac, actionem. Ut vero
aliquo extrinsecus adueniente cultu ornarentur pacta,
actionem, quam producebant, Icti illi romanizantes ger-
mani conditionem ex moribus compellarunt. Facilis nominis
est ratio, quamuis BOEHMERVS de Actionibus Sect. II.
C. V. §. 40. malit nominari actionem ex pacto, quod non

taxo, at conditionem ex moribus dici; non reiicio, quippe nomen antiqui non scripti iuris patrii et antiquae fidei memoriam indicat. Neque videtur sapientis esse de nudo artis termino aliquo eoque arbitrario contendere. Dicas ergo actionem ex pacto, vel conditionem ex moribus, idem erit, mihi que perinde. Satis est hodierno iure ex omni pacto agi posse, cum omni pacto *mores ciuilem dederint obligationem.*

§. V.

Iam vero cum forum probasse videatur Romanarum actionum subtilitates recepto eo iure, videndum: an pragmatica differentia intercedat hodie inter actiones descendentes ex obligatione conventionali, cui romanae leges ciuile vinculum addiderunt seu ex contractu, interque eas quarum ciuilis obligatio iure peregrino nulla fuit, at mores seruarunt. Dein alterum est, cum alia sit obligatio ex pacto, si in continentि contractui adiicitur, alia, quae ex pacto ex intervallo inito originem caput, illa Romano iure actionem habeat ipsius contractus cui incontinenti adiectum pactum, haec non aequa actionem producat, producit vero nostris ex moribus; videndum an inter vrasque has actiones aliquid intersit in foro.

§. IV.

§. VI.

Primum ergo videndum est, quid intersit inter *actiones* descendentes ex *contractu* iuris Romani et eas, quae Germanorum moribus ex *pacto* proueniunt. Constat, contractus civilis iuris suam habere substantiam, suaque natura- lia, quae nisi conuentione immutentur, contractui inesse praesumuntur. Hinc, si vel hodie inter partes talis conuentio inita sit, quam Romana iura contractibus adnumerant, ex illius iuris receptione semper inhaerendum iis, quae ad substantiam illius pertinent, quaeque naturalibus adnumerantur. Fac Titium commodatum dedisse corpus aliquod Caio. Statim, quae Caii sit obligatio ex hoc negotio quodue ius Titio competit, habebis. Quod si itaque ex hac conuentione acturus sit Titius aduersus Caium, ea obseruanda erunt in actione illa, quae romana continent iura. Non ergo opus, ut prius, quae diligentia a commodatario praefenda sit in commodato, conuentione constituantur, potius commodans a commodatario statim damni leuissima culpa dati restitutionem petet, ad eam enim diligentiam vi contractus ex determinatione legis obligatur. At si Germanicam conuentionem concipias, vix substantiale iam determinatum in ea inuenies; sed cum ex bona fide inuicem agere soliti essent maiores nostri, suas inuicem determinabant obligations reliqua ex aequitate iudicabant. Inde iam diu obseruarunt viri do- Eli, maiores nostros in distinguendis negotiis non satis

B 3

accu-

accuratos fuisse atque curiosos, sed quancunque concessionem iuris vtendi vocabulis leihen, verleihen, lehnen, indicarunt. Vix ergo alias ex iure habuere determinations cuiusuis pacti, quo res alteri vtenda concedebatur, quam eam, quae ex conuentione ipsa erat. Concludo itaque, cum in contractuum materia peregrini iuris sententias recepimus, dubitandum non esse, quin in foro differant actiones ex contractibus prouenientes et quae ex pactis descendunt. In iis enim ea obseruamus, quas ipsae leges actionibus tribuunt qualitates et requisita, in his in iis acquiescimus, quae a sola conuentione pendent, quaeque conuentione haud determinata ex aequitate sola decidimus.

§. VII.

Alterum est, an actio, quae ex pacto contractui adiecto in continenti venit, ab ea differat, quae moribus nostris ex pacto ex interhallo adiecto veniat? Iura hic peregrina cum pactis formula deesset, actionem seu formulam aliam non habebant, qua experiri poterant ex pacto bonae fidei contractui in continenti adiecto, quam quae ex contractu concepta erat et cum iudici praescriberetur, ut ex bono et aequo vel ex bona fide condemnaret reum, fieri poterat, ut pacti illius, quod contractui inesse videbatur in iudicando rationem habe-

re

re posset. En causam, cur non aequ ex stricti juris
negotiis id fieri potuerit, quippe in his iudiciis non ex-
bona fide iudicabat iudex, sed ex stricta formula.
Ex pactis vero ex interuallo adiectis praetor fidem con-
ciliabat data exceptione, actionem vero non concede-
bat, cum contractui illud non inesset pactum ex inter-
uallo adiectum, ut in eo tanquam ex separato negotio
formula contractus haud conueniret. Sed iam ad
nostra tempora. Quae ergo ex his diuerso modo ad-
iectis pactis differentia, cum neque formula aliqua so-
lemni actio instituatur, neque ex formula iudex iudicet.
Vix ergo praeterquam nomine non re ipsa differant
vtraeque inter se hae actiones, cum ex iis non de natura-
li vel substantiali contractus agatur, in quo quaereba-
mus differentiam actionum ex contractu et pacto nudo
venientium, sed de arbitrario aliquo conuentione deter-
minato. At si differentiam aliquam nihilominus exigas
forsan in libello ita concipienda: Kl. bringt an, was
maassen er mit Bell. folgenden Kauf Contract geschlossen ic.
wobey zugleich beyde Kl. und Bell. dahin sich verglichen,
vel wobey zugleich Bell. sich anheischtg gemacht, er wolle ic.
ita haberes ex pacto contractui in continentii adiecto.
Ex interuallo adiecto forsan ita libelli formula: Kläg.
bringt an, welcher gestalt er sein Hauss ic. um und vor 200 Thl.
an Bell. auf 6 Jahr miethweise überlassen, ihm euchselches zur
gesekten Zeit eingeräumet, worauf nach geschlossen und
einige Zeit vollzogenen Contract Bell. auf Kl. an ihm ge-
thaben



9150

thanen Vorschlag sich verbindlich gemacht, gebachten Zinns
praenumerando zu bezahlen. Sed iam dic, si placet, quan-
tum nisi negotii diuersa narratione actiones inuicem diffe-
rant? Sane nihil deprehendo, ex fori enim rationibus,
in utraque actione petitum formatur ad pacti intentionem,
sive incontinenti, sive ex interuallo sit adiectum. Fru-
stra ergo quaeras subtilitatem, vbi nulla est.

T A N T U M.



ULB Halle


003 594 440

3



Sd

B.I.G.



S P E C I M E N
C O N T I N E N S

No. 87.

1769, 16.

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N H O D I E

A C T I O E X C O N T R A C T V

D I F F E R A T

A C O N D I C T I O N E E X M O R I B V S

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. P V B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X I V. F E B R. A N N O C I C I O C C L X V I I I I.

P V B L I C E D E F E N D E T

A D A M C H R I S T I A N V S G O T T L O B R I E T S C H I E R

B V D I S S. L V S A T.

L I P S I A E

L I T E R I S R V M P F I A N I S.

